

BIBL. DE L'UNIVERSITÉ



THÈSES

ANCIENNES

DU

XVII^E SIÈCLE

2



LA VRIILLIERE (Balthazar PHELYPEAUX DE).....Philosophie	9 août 1657	II 227
LE BAS DE GLATIGNY (Paul- Philippe).Philosophie	8 sept. 1661	II 152 ,et II 152bis.
LE BLAIS DU QUESNAY (Louis)Philosophie	<u>3 nov.</u> 1662	II 153
LE BOUTHILLIER (François)...Théologie	<u>13 fév.</u> 1662	II 154 ,et II 154bis.
LE BOUTHILLIER DE CHAVIGNY (Gaston-Jean-Baptiste)...Philosophie	8 juill. 1656	II 155
LE BRUN (Henri).....Philosophie	28 juill. 1659	II 156
LE CAMUS (André).....Philosophie	6 août 1660	II 157
LE CAMUS (Etienne).....Théologie	28 nov. 1656	II 158
LE CHAPÉLIER (Georges).....Théologie	18 févr. 1662	II 159
LE DOULX (Florent).....Théologie	<u>8 mai</u> 1656	II 160
LE FILLEUL (Claude).....Philosophie	10 août 1660	II 161
LE FRANC (Aegidius).....Philosophie	<u>5 septembre</u> 1660	II 162
LE GAIGNEULX (Jacques).....Théologie	7 janv. 1662	II 163
LE GOBIEN (Guillaume).....Théologie	2 oct. 1657	II 164
LE GRAS (Frère Bernard).....Théologie	12 févr. 1657	II 165
LE GRAS (Frère Bernard).....Théologie	29 nov. 1657	II 166
LE HOUX (Jean).....Philosophie	18 août 1658	II 167
LE MOYNE (Alphonse).....Théologie	17 avri. 1663	II 168
LE NORMAND (Fr. Guillaume)...Théologie	<u>10 jan.</u> 1662	II 169 ,et II 169bis.
LE PETIT (Nicolas).....Théologie	9 mai 1659	II 170
LE PICART (François).....Théologie	25 janv. 1652	II 171
LE ROUGE (Charles).....Théologie	13 avr. 1667	II 172
LE ROUX DE NEUVILLE (Pierre)Théologie	15 mai 1659	II 173
LE SAUVAGE (René).....Théologie	26 sept. 1657	II 174
LE TELLIER (François).....Philosophie	21 août 1661	II 175
LE VERRIER (René).....Théologie	26 juillet 1652	II 176
LELEU (Joannes-Baptista)...Théologie	<u>29 sept.</u> 1667	II 177
LEMPEREUR (F. Claude).....Théologie	<u>7 juin</u> 1669	II 178
LEMPEREUR (Henri).....Philosophie	10 juill. 1661	II 179
LENOIR (Pierre).....Philosophie	6 août 1662	II 180 ,et 180bis.
LECTAUD (Charles).....Théologie	23 mai 1664	II 181
LIONNE (Louis-Hugues de)...Philosophie	2 juill. 1662	II 182
LOMENIE DE BRIENNE (Charles- François de)....Philosophie	16 juill. 16..?	II 183
LOMENIE DE BRIENNE (Charles- François de)....Théologie	14 janv. 1664	II 184
LOTTEAUX (Louis).....Théologie	19 sept. 1669	II 185
LOUBERES (F. Prosper).....Théologie	5 août 1669	II 186
LOUVERSE (F. Pierre).....Philosophie	2 août 1665	II 187
LOYS (F. Jérôme).....Théologie	9 févr. 1662	II 188
MACQUEHE (Nicolas).....Philosophie	12 juill. 1670	II 189
MAILLARD DE LA BOISSIERE (Jean)....Philosophie	10 août 1662	II 190

MAILLET (Pamphile).....Théologie	5 déc. 1661	II 191
MALETESTE (Jean).....Théologie	<u>11 avr.</u> 1663	II 192
MALITOURNE (Jacques).....Philosophie	10 août 1665	II 193
MALLET (Nicolas).....Théologie	15 oct. 1663	II 194
MARGUERY (Nicolas).....Philosophie	30 juill. 1651	II 195
MARILLAC (André de).....Philosophie	10 août 1659	II 196 ,et II 197
MARILLAC (René de).....Philosophie	3 août 1659	II 198
MARNE (F. Georges).....Philosophie	29 mai 1662	II 199
MAUGER (Laurent).....Philosophie	8 juill. 1663	II 200
MAURAGE (Pierre).....Théologie	3 sept. 1669	II 201
MELICQUE (Nicolas).....Philosophie	8 août 1660	II 202
MELUN DE MAUPERTUIS (Mathieu de).Théologie	<u>8 août</u> 1660	II 203
MERAULT (Pierre).....Philosophie	7 juillet 1658	II 204
MEUR (Vincent).....Théologie	4 juin 1661	II 205
MICHAU (Jean).....Théologie	29 mars 1662	II 206 ,et II 206bis)
MICHON (Michel).....Philosophie	2 oct. 1662	II 207
MINGUET (F. Charles).....Philosophie	5 juillet 1652	II 208
MOLE (Louis).....Philosophie	28 août 1661	II 209
MONCHY D'HOCQUINCOURT (Gabriel de)..Philosophie	22 août 1660.	II 210
MONTEIL DE GRIGNAN (Gabriel-Adheimar)....Théologie	4 janv. 1662	II 211
MOREL (Zacharie).....Philosophie	<u>16 août</u> 1671	II 212
MORIN (Henri).....Théologie	23 janv. 1660	II 213
MORROGH (Pierre).....Droit canon	<u>16 avr.</u> 1669	II 214
MOUSSEAUX (Pierre).....Théologie	17 mars 1668	II 215
NATTIN (Jean).....Théologie	<u>14 nov.</u> 1669	II 216
NOÛT (Anne).....Théologie	21 mai 1663	II 217
O MOLONY (Mathieu).....Droit canon	28 mai 1664	II 218 ,et II 218bis.
PAIOT DE LIMERMONT (Séraphin)..Philosophie	26 août 1661	II 219
PALLEVOYSIN DE LAROCHE- DU-MAINE (François)....Théologie	30 déc. 1655	II 220 ,et II 220bis.
PAPELANT (Jacques).....Droit canon	11 août 1661	II 221
PAUROT (Charles).....Philosophie	28 juill. 1660	II 222
PERCHERON DE LESPINE (Balthazar).....Théologie	28 juin 1657	II 223
PERCIN DE MONTGAILLARD (Pierre-Jean-François de).Théologie	5 févr. 1656	II 226
PERIER (Antoine).....Théologie	9 sept. 1662	II 224
PERRIN (Guillaume).....Théologie	24 janv. 1651	II 225
PICQUES (Bernard).....Théologie	5 mai 1663	II 228
PICQUES (Louis).....Philosophie	1er juill. 1657	II 229
PIETRE (Paul-Claude).....Philosophie	14 sept. 1662	II 230
PIN (Jean).....Philosophie	29 juin 1665	II 231
PIOT (Jean).....Théologie	<u>23 fév.</u> 1662	II 232
PISTEL (Laurent).....Philosophie	16 juill. 1662	II 233

POITEVIN (Armand).....Philosophie	25 juill. 1648	II 234
PONCET (Michel).....Philosophie	11 juill. 1660	II 235
POREY DU PARCQ (René).....Philosophie	28 juill. 1661	II 236
POTIER (Jean).....Théologie	22 févr. 1662	II 237
POULIN (François).....Philosophie	15 juill. 1663	II 238
PURCELL (John).....Philosophie	4 juin 1666	II 239 ,et II 239a,b,c,et d.
REGNARD (Jean).....Philosophie	8 juill. 1662	II 240
REGNAUD (Julien).....Philosophie	...juin 1658	II 241
REGNAUD (Julien).....Théologie	10 nov. 1661	II 242
REGNAUD (Julien).....Théologie	<u>30 août</u> 1664	II 243
RESTAURAND (F. André).....Théologie	<u>11 oct.</u> 1655	II 244
ROBERT (Jean).....Droit canon	<u>30 déc.</u> 1665	II 245
ROSTIN (Michel de).....Théologie	28 févr. 1656	II 246
ROSTIN (Michel de).....Théologie	1er fév. 1661	II 247 ,et II 247bis.
ROUSSEAU (Jean).....Philosophie	7 juill. 1668	II 248
ROYNETTE (Simon).....Théologie	18 avr. 1662	II 249
SANTEUL (Pierre de).....Théologie	12 juill. 1661	II 250 ,et II 250bis.
SARRAZIN (Jean-Baptiste)...Philosophie	29 juin 1662	II 251 ,et II 251bis.
SAUSSOY (Jean).....Théologie	9 nov. 1646	II 252
SAVIGNAC (Louis de).....Théologie	<u>4 janv.</u> 1670	II 253
SELLIER (Claude).....Théologie	<u>13 févr.</u> 1662	II 254
SENAUX (Bertrand de).....Théologie	<u>23 fév.</u> 1662	II 255
SEVERT (Antoine-François)..Théologie	20 mars 1668	II 256
SEVIN (Michel).....Théologie	8 févr. 1668	II 257
SEVIN DE HAUTERIVE (Thomas)Théologie	17 jan. 1654	II 258 ,et II 258bis.
SIMENEL (Pierre).....Théologie	1er fév. 1662	II 259 ,et II 259bis,ter et quater.
STAPLETON (Edmond).....Philosophie	24 juin 1668	II 260
SUZE (Anne-Tristan de).....Philosophie	25 juill. 16..	II 261
TAMPONNET (Antoine).....Théologie	11 févr. 1664	II 262 ,et II 262bis.
TANOAIN (Julien de).....Théologie	<u>8 févr.</u> 1661	II 263
TERRAT (Gaston-Jean-Baptiste)Philosophie	27 juill. 1661	II 264
VAILLANT (Antoine).....Philosophie	5 août 1657	II 265
VALEELLE (Louis-Alphonse de)Théologie	7 nov. 1664	II 266
VANIER (Claude).....Philosophie	?.....	II 267
VERDUN (Claude).....Philosophie	10 août 1659	II 268
VIC (Médéric de).....Théologie	<u>31 déc.</u> 1664	II 269
VREVIN (Antoine de).....Théologie	20 avr. 1657	II 270

--000000--





DEVUS Optimus Maximus qui mundi totam machinam ita sapienter architectatus est, & in tanto ordine omnia digessit, ut inexcusabiles sint, qui operibus adeo perfectis attendentes, non agnoscunt in ijs illum qui creator est omnium; ex effectis enim intelligibiliter cuique videri potest: quamquam ergo, nonnisi frustraneo conatu, eius existentiae demonstrationem à priori quæras, non sine felici exitu demonstrationem, à posteriori, per ea quæ facta sunt, inuestigabis. Signatum est super nos lumen vultus eius; non ita tamen ut ipsum esse, licet notum sit per se quoad se, per se sit notum quoad nos: indigere enim discursu viatores ad eius esse cognoscendum, & propria experientia, & Athazorum contumax resistentia satis probat; licet quippe illi characteres eius omnino delere non valeant, sic tamen in cordibus obscurant, ut se nonnisi facturâ simili creatos somnient.

SIMPLICISSIMUS est Deus, & sine compositione reali perfectus; procul ergo Antropomorphitarum hæresis, qui Deum homini similem in figurâ commenti sunt: neque enim corpus est, neque ex materiâ & formâ coaluit, error hic in Tertulliano tremendus, non ridendus est: qui illum ab errore isto vindicare & benigne interpretari nituntur, indulgentius quidem ipsum habent; sed coacta nimis, cuique rem penitus inspicienti, eorum explicatio videbitur. Deus non habet esse, ut entia cætera, sed est ipsum esse; nulla proinde, ex essentia & existentia, compositio; in nullo genere, omnia genera transcendit, omnem potentiam passivam, etiam virtutem, excludit; nec minus ex ea nascentem virtutem compositionem respuit. Qui ergo in Deum aliquam rationis compositionem invehunt, aut falluntur, aut nugantur; procul enim exulat à summa Dei simplicitate, propriè dicta rationis ratiocinatæ constitutio.

MAGNUS est Dominus, & magnitudinis eius non est finis; excelsior est cælo, & profundior inferno; rebus omnibus adest, per essentiam, potentiam, & præsentiam; à nulla re abscens est eius natura, nihil ab eius potentia independentis, & nihil eius infinitam intelligendi virtutem effugiens. Eum esse extra cælos, non potestate modo, sed etiam actu in infinitum superextendi, pro certo tenendum est, nec minus per suam immensitatem locales angustias, quam per æternitatem temporales successiones excedere, constanter asseuerandum. Sed dum ipsum supra cælorum verticem ponimus, non idcirco in spatiis imaginariis locamus; sibi quippe locus est per immensitatem, non secus ac tempus per suam æternitatem. Qui tempus aut spatium imaginarium cogitant, tempus incautum terunt, & nonnisi locum figmentis suis recipiendis idoneum fingunt.

SCIMUS quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quia videbimus eum sicuti est: possibile igitur visionem beatificam intellectui creato nullus non credit Catholicus; quique Sanctum Chrysostomum attentius legere voluerit, & de vero eius sensu æquius iudicare, nunquam oppositum docuisse comperiet: quam tamen ratione euidenti saltem & omnino certâ veritatem illam demonstrare possit Theologus, non video; quam enim quidam ex naturali Dei visionis intuitu in creaturâ rationali desiderio petunt, non minus inanis est, quam illud naturale desiderium diuinæ videndæ substantiæ, sit inefficax; nec enim magis ad visionem Dei intuitivam creaturæ intellectuâli natura pondus impressit, quam ad eandem naturam diuinam, incomprehensibilem licet, adæquatè & perfectè cognoscendam. Satiùs esset ijs, qui naturalem appetitum visionis intuitivæ propugnant, cum Angelico Doctore apertam dissensionem profiteri, quam eius verba ad alienum sensum violenter detorquere.

QVÆ aliis Theologis visionis illius possibilitati confirmandæ momenta placent, contrariis opinionibus libero suadere quidem & insinuare possunt, nequiquam verò efficaciter persuadere. An statim ab obitu & in ipso exitu momento, quibus nihil extra corpus luendum superest, essentia diuina se præbeat videndam, non parum olim, etiam inter Catholicos, agitata quæstio; quibusdam opinantibus ad ultimam communemque Resurrectionem, & post exactos mille annos, expectandam; aliis ne momento quidem differendam visionem asserentibus: quamquam prioribus Ioannes huius nominis XXII. Summus Pontifex satis fauerit, immerito tamen dicitur pro illis publico diplomate & autoritate Apostolica definiuisse, secundum posteriores definiuit Benedictus eius successor, plures ex Patribus ab illâ millenariorum sententiâ non fuisse alienos ingenuè fatebor, quin & ipse Augustinus eandem professus aliàs, ut erronem cognoscens, retractauit: nulla Sancti Bernardi loca, huic opinioni patrocinantur demonstrant.

NON solum in visione illa impossibilis non est expressa diuinæ naturæ species, verum & sine ea aliquam cognitionem elici vel intuitivam possibile non est: qui similitudinem Dei impressam ponunt, plus æquo similitudinibus oblectantur; essentia enim diuina per se immediatè præsens, munus eius proprium abundè supplet: qui verò possibilem negant, in tenendis speciebus & imaginibus non seruant modum. An possit oculus corporeus per absolutam & omnipotentem Dei virtutem ad essentiam diuinæ intuitum eleuari certo definire potest ille solus qui Dei potentiam habet comprehensam; dicam tamen non solum ordinariè, sed nec extraordinariè Deum visu corporeo attingi, mihi probabilius videri. Eam quæstionem licet ut probabilem versauerit Augustinus, re tamen maturius expensâ, difficultatem soluit lib. 22. de Ciuitate Dei cap. 29. ubi nos nonnisi in mundanis corporibus cælo terraque noua oculis corporalibus Deum visuros concludit.

HABITAT Deus lucem inaccesibilem cuius intellectui creato, naturæ suæ permissio; non ergo sufficit ab humano intellectu carnis impedimenta remoueri, sed vberiori Dei auxilio positiuè ipsum eleuante opus habet: nec mirum, nam licet potentia diuinæ terminos nullus possit definire; valeatque in infinitum perfectiores, & in apprehendendo perspicaciores intelligentias procreare; ne vna quidem ex his omnibus, licet perfectissima Deum ut in se est, seposito auxilio superiori, & naturæ suæ indebito, poterit intueri. Auxilium quo intelligendi facultas naturalis euehitur, lumen gloriæ nuncupatur: estque habitus supernaturalis, potentiam intellectuam corroborans, & cum eâ ad videndum Deum efficienter concurrens: huius ergo officium aliud non est, quam potentiam naturalem cum illâ, visionem efficiendo, vegetare.

NEC omnes beatificæ visiones æquales sunt, nec omnes inæquales; videntium quippe essentiam diuinam vnus alio perfectius videt, ut quanto quisque hinc alium meritis superat, tanto ratione præmij illic transcendat. Huius disparitatis ratio si quæritur, moralem à meritis petimus; Physicam verò luminis inæqualitati tribuimus: maiorem autem vnus intellectus præ alio naturalem perspicaciam nihil conferre, probabilius est. Inæqualitas illa essentialis non est, saltem ratione intellectuum; licet alias specie diuerforum hinc non magis hominum & Angelorum visiones essentialiter à se inuicem differunt, quam plures hominum solo numero distinctorum. Magnus est Deus consilio, & incomprehensibilis cogitatu; & quamuis à singulis apprehendatur totus, à nullo tamen comprehenditur: nec solum, qui iam existit intellectus non potest ipsum adæquatè nosse, verum, nec creabilis est, qui Deum sic penetrare valeat.

NIHIŁ beatum latet eorum omnium quæ sunt in Deo formaliter; essentia diuina, attributa omnia, cum absoluta tum relatiua, nullo illi interjecto vestibulo, patent; creaturas possibles, in confuso saltem, nouit; aliquas etiam in particulari non ignorat. Sed numquid potest omnes possibles determinatè nosse? Nequaquam: potentiam enim incomprehensibilem, suâ cognitione adæquaret. Essentia diuina speculum est, in quo, quicquid Beatorum interest illucescit: at non vno modo, res omnes à Beatis cognoscendas, exhibet; possibles enim, formaliter, & vi visionis beatificæ, contemplandas obijcit; existentes autem, quas successiue manifestat, nonnisi casualiter. Nullus hanc mortalem vitam degens, Deum, nisi in eâ, quam voluntas elegit, specie vidit; non, quam natura formauit: neque etiam ab eâ communi Lege, aut Mosen, vel Beatum Paulum eximendum verisimilius est: scriptum est enim: nemo videbit me, & viuēt. Rex ergo inuisibilis est Deus, *Qui dat salutem Regibus.*

*Has Theſes, Deo duce, auspice Deiparâ, & Præſide Illuſtriſſimo & S. M. N. FRANCISCO FAVRE Ambianenſium Episcopo, Regi à Secretioribus Conſiliis, tueri conabitur
GABRIEL ADHEIMAR DE MONTEIL DE GRIGNAN, Abbas Sanctæ Mariæ Aquæ-Bellæ. Die Mercurij quarta Ianuarij, anno 1662. A primâ ad Sextam.*